



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XXIII. De viris & feminis si adulterii reatu, siue alicuius flagitii crimine
accusati fuerint, qualiter expurgari debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO CHRISTI 1583. *Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Exod. 22.
Deo tuo. Vbi nec liber, nec seruus excipitur, qui omnes vnum sumus in Christo, apud quem nulla habetur personarum acceptio. Item in Concilio Arelatensi, capitulo vigesimo: Ut ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec vlla alia possessione priuentur.*

XXIII.

Multi sunt, qui secundum humanas leges diuina spernentes iudicia, testes ac coniuratores sibi met producere volunt. Quos minime admittentes, sicut vnum confitemur Deum, vnam fidem, vnum baptisma, ita etiam vna per totum mundum ecclesia uniformiter pari lege & simili religione excolenda est. Itaque decernimus, vt iuxta diuinæ legis sanctionem, & secundum ipsius sedem ciuitatis, in qua ratio ventilatur, vnaquæque gens, & cuncta adiacens parochia subiaceat, ita vt auctoritate episcopi, aut iudicij examine, aut sacramenti protestatione se expurget. Et non minus quam quatuordecim annos ætatis habeat, qui ad testimonium admittendus est secundum censuram canonice institutionis, sicut in Africano Concilio capite nonagesimo octavo scriptum est: Testes ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusacionem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimoniū autem infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

XXIV.

Decreuimus etiam, vt pacis bonum & concordiam Arelatenſe Concilium
Concil. Tom. 24. Eccc ij